

Ad recte colloquendum nihil adhibendum infesti

- 1. Quidquid editur in rete, vim habet in res**
Tantummodo quae ipse dicere audeo,
ea in Reti aut dico aut scribo.
- 2. Unusquisque est quod profert**
Verba quae deligo dicunt qui sim: me effingunt.
- 3. Verba mentis formam fingunt**
Totum tempus, quod mihi necessarium sit,
capio ad optime eloquendum quae cogitem.
- 4. Antequam verba fiant aures erigendae sunt**
Nemo semper vera dicit: ne ego quidem.
Honeste ad audiendum ianuam aperio.
- 5. Verba pontes sunt**
Verba deligo ut intelligam,
intelligar adeamque alios.
- 6. Verba vim habent**
Conscius sum omne meum verbum vim,
exiguam aut magnam, habere posse.
- 7. Communico quod pro certo habeo**
Lecta perpensa intellecta verba
imaginesque solum vulgo.
- 8. De opinionibus disputari potest;
homines vero observandi sunt**
Ille, a quo dissentio, hostis delendus non est.
- 9. Iniuria argumentum non est**
Iniurias et vim recuso, licet pro mea causa adhibitas.
- 10. Silentium quoque loquitur**
Si tacere optimum est, taceo.